



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Conciliorum Omnium Generalium Et Provincialium Collectio Regia**

Ab anno CCCXIV. ad annum CCCXLVI.

**Parisiis, 1644**

III. Per singulos gradus, vt nullus crimen obiiciat.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-15072**

ANNO CHRISTI 324. Victorinum ita præcipue religionis antistitis, qui in sua ferocitate, quidquid vellet, affirmabat hominibus, & cyclos Paschæ pronuntiabat fallaces, vt hoc quod constituit decimo Kalendas Maii custodiri, vestro sermonе, sicut veritas habet, cœlletur, & vestro indicio condemnetur, & filiorum nostrorum Augustorum præcurrat auctoritas ad condemnandum Victorinum Episcopum. Damnauit autem Hippolytum diaconum Valentianistam, & Calixtum, qui in sua extollentia separabat Trinitatem, & Victorinum Episcopum, qui ignorans lunæ rationem, sub arbitrio sui tenacitate derumperebat veritatem, & præsentia Episcoporum supradicitorum & presbyterorum damnabit Hippolytum, Victorinum, Calixtum, & dedit eis anathema, & damnauit eos extra vrbes suas.

CAPVT III.

Postea autem fecit gradus in gremio Synodi, vt non presbyter aduersus Episcopum, non diaconus aduersus presbyterum, non subdiaconus aduersus diaconum, non exorcista aduersus acolythum, non lector aduersus exorcistam,

Concil. Tom. 2.

in sua ferocitate quidquid vellet hominibus, & cyclos Paschæ pronuntiabat fallaces, vt hoc quod constituit 10. Kal. Maii custodiri, vestro sermone, sicut veritas habet, cœlletur, & vestro iudicio condemnetur, & filiorum nostrorum præcurreta auctoritas condemnandum Victorinum Episcopum. Et introierunt omnes, vt suo sermone damnarentur in iudicio. Dñauit autem Hipolitum diaconum Valentianistam, & Calixtum, qui in sua extollentia separabat Trinitatem, & Victorinum Episcopum, qui ignorans lunæ rationem sub arbitrio sui tenacitate disrumperebat veritatem. Et præsentia Episcoporum superdiectorum & presbyterorum, aliorumque gradu, damnauit Hipolitū, Victorinum & Calixtum. Et dedit eis anathema, & damnauit eos extra vrbes suas.

CAPVT III.

Postea autem fecit gradus in medio Synodi, vt non presbyter aduersus Episcopum, non diaconus aduersus presbyterum, non subdiaconus aduersus diaconum, non acolythus aduersus subdiaconum, non exorcista aduersus acoly-

non ostiarius aduersus lectorum det accusationem aliquam, & non damnabitur praefatus, nisi in septuaginta duobus; neque praefatus summus a quoquam iudicabitur, quoniam his scriptum est: *Non est discipulus super magistrum.* Presbyter autem nisi in quadraginta quatuor testimonia non damnabitur. Diaconus autem cardine constrictus urbis Romæ, nisi in triginta sex, non condemnabitur. Subdiaconus, acolythus, exorcista, lector, nisi (sicut scriptum est) in septem testimonia filios & vxorem habentes, omnino Christum prædicantes, sicut datur mystica veritas.

## C A P V T   I V .

Commoneo autem vestrum confortes monimentum de redditibus Ecclesiæ quatuor partes fiant, & quod primam partem exigat Ecclesia, vnam partem Pontifici cum fratribus reuelandis, dimidiam Ecclesiæ, dimidiam presbyteris & diaconibus cum omni clero, vel peregrinis constituit hunc ordinem, vt si quis de clero vel presbyteris vniuersi loci, quod commune est, transire de hoc mundo, & si neminem

thum, non lector aduersus exorcistam, non ostiarius aduersus lectorum, non laicus det accusationem aliquam. Et non damnabitur praefatus nisi in septuaginta duobus, neque praefatus summus a quoquam iudicabitur, quoniam scriptum est: *Non est discipulus super magistrum.* Presbyter autem, nisi in quadraginta quatuor testimoniorum non damnabitur. Diaconus autem cardine constructus urbis, nisi in 36. non condonabitur. Subdiaconus, acolythus, exorcista, lector, nisi (sicut scriptum est) in septem testimoniorum, filios & uxores habentes, & omnino Christum prædicantes. Sic datur mystica veritas.

## C A P V T   I V .

Commoneo autem vestrum confortes munimentum, & de redditibus Ecclesiæ quatuor partes fieri, & quarta pars exigatur ab Ecclesia, vnam partem Pontificum, fratribus dimidiam ad Ecclesiæ reuelandas, dimidiam presbyteris & diaconibus cum omni clero, & peregrinis. Constituit hunc ordinem, vt si quis de clero vel presbyteris vniuersi loci, quod cōmune est, transiret de hoc mundo, si neminem de sua generositate